UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

De Episcopis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Visual Library

Officia quibus conferẽda. Maleficiorum prohibitio. Subditorum grauamen. Vſurpatio verũ communium, vel particularium.

Tertiò ſi dant officia his de quibus præſumitur quòd erunt inutiles, vel iniuſti. Quartò ſi ſciunt maleficia, & poſſunt prohibere, & non prohibent. Quintò ſi nimis grauant ſubditos, rerum ac temporum conditione inſpecta. Sextò, ſi vſurpant quæ ſunt communitatis, quæ cum fructibus tenentur. Sic de his quæ ſunt particularium viuorum vel mortuorum. Septimò, ſi ſeruitia perſonarum vel iumẽtorum indebita exigunt. Octauò, ſi permittunt mala, vt vſuras, quas non oportuit. Nonò, ſi parte ius petente, tamen condonant offenſam, &c.

De Epiſcopis.

Seruitia indebite exacta. Vſurarũ permiſsio iniuſta. Prælaturam quando recuſando.

PRIMÒ, renuere prælaturam iniunctam à ſuperiore per præceptum, ſi impedimentum vel ipſe vel prælatus poteſt remouere: nec requiritur vt ſciat ſe ſufficientem, ſed vt non conſtet de oppoſito. Poteſt tamen petere abſolutionem ab officio, ſi videt animas commiſſas non proficere ſuo vel ipſarum defectu, vel per alium melius gubernari poſſe. Secundò, gregem deſerere perſonaliter, ſi videat quòd ſubditorum ſalus exi-

git

Quid cùm animæ prælato commiſſæ non proficiunt.

git paſtoris præſentiam, & alioqui non reſidere, prę terquam in caſibus, & tempore à Concilio Tridentino expreſſis. Tertiò, non quærere defectus ſubditorũ vt corrigantur, quando fama, vel quod mouere meritò debeat ad eius aures venit. Quartò, dare authoritatem non Epiſcopis in iis quæ propriè pertinent ad officium epiſcopale, vt ordinare, chryſmare, &c. poteſt tamen committere quę pertinẽt ad dignitatem (præter inſignia) vt iudicare de clericis, & quæ ſunt iuriſdictionis. Quintò, conferre ordines indignis, & Eccleſiaſtica beneficia. Sextò, conſecrare non virgines vt virgines. Septimò, ſi non interſint diuino officio ſaltem dominicis diebus. Octauò, ſi non viſitant, non inquirunt, & provident vt debent. Nonò, ſi non inſtituant prædicatores in Eccleſia cathedrali potentes opere & ſermone, & alibi, vbi tenentur. Decimò, ſi nõ celebrant ſynodum omni anno, admonẽndo clericos, legendo cõſtitutiones, &c. Vndecimò ſi non prouideant de idoneis miniſtris, vicario, aſſeſſore, notario. Duodecimò, ſi negligant executionem legatorũ, ad ſe deuoluto

Reſidentia. Seſſ. 23. c. 1. de reform. Subditorum defectus inveſtigandi. Quæ cæteri poßint Epiſc. communicare. Ordinea, & beneficia indignis non conferre. Confecr. nõ virg. diuino officio, quando intereſſe debent Epiſc. Viſitatio. Prædicator. inſt. ſynodus celebranda. Miniſtrorum prouiſio.

rum.

Legatorum executio. Chriſmatis confectio. redditum diſpenſ. magiſtrorum inſtit. Ouium cura. Quæ ex ſupradictis ſint peccata mortalia quæ non. Ab ordinandis nihil recipi. dã. Canonũ obſeru. Simonia in ordinibus.

rum Decimotertiò, ſi non faciunt chryſma ſingulis annis. Decimo quartò, ſi non diſpenſant redditus ſuos, & pauperibus, & Eccleſiæ, vt debent: Decimo quintò, ſi negligunt vt magiſtri inſtituantur ad docendum oportuna. Decimo ſextò ſi negligãt paſcere oues ſibi creditas. Ex his autem, in his quæ ſunt mala ſecundũ ſe, peccatur mortaliter, vt conferẽdo ordines indignis: in his verò quæ ſunt mala propter aliud, id eſt, mala quę inde oriuntur, iudicanda ſunt tam grauia quàm eſt bonum, quo oues priuantur, & malũ quod ſequitur. Decimo ſeptimo, permittere notarium petere ſolarium ab ordinandis: poſſet tamen aliquid accipere pro labore, dummodo Epiſcopus non participet in lucro. Decimo octauo, contemnere obſeruationem canonum. Decimo nono, per ignorantiam tantam, vt decem præcepta, articulos fidei, virtutes, & vitia in generali, & ſacramenta neſciat: nam & periurus eſt, reſpondendo in ordinatione quod ſciat nouum & vetus teſtamentum, Vigeſimo, de ſimonia in ordinibus, &c.

De peccatis Iudicum.

EX quinque peccatis contra ius diuinum: Primum eſt iudicium iniuſtũ.